



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quòd religiosus nimias familiaritates vitet. Cap. xxvj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

extorqueat, vellem illi non verbis, sed fletu responderemus, quod nos miseris in religioso statu, saeculi obligationes, & salutationes, admisisimus, & saeculum in vitam religiosam intulimus, & nos ipsos saecularium vanitatis subieccimus. Sed iam si propinquorum colloquia admittenda sunt, sicut illa rara, sicut religiosa, sicut non de rebus saecularibus, sed de rebus diuinis, sicut non sue vanitatis, sed nostro statui conformia. Et erubescamus, quod illi potentiores sunt nobis, & nos ad suas vanitates trahant, & non ipsi ad nostram veritatem perueniant.

Non ergo o religiose, in hac re tam propria, & tam affectui naturali cognata, tibi ipsi credas, sed magis dictis sanctorum patrum, & exemplis sanctorum, & virorum spiritualium assentis. Parentum, & fratribus, & propinquorum memoriam, & immoderatum affectionem, & ordinaria colloquia fugere, sed multo magis curas, & negotia deuina, si non vis sub habitu regulari mentem saecularem, & cor mundanum distractum que gestare. Ne tibi ipsi fidas, nec cuius honesto praetextu credas, quia astutus est diabolus, & quos non potuit, aut ambitione, aut blanditiis vincere, propinquorum amore prostravit. Caro validè limosa est, & si eam non times, sine dubio tuam mentem inficiet, & ab spiritu te sciagget. Honora patrem tuum (vt verba te Hieronymi monent) sed si te à vero parente non separat. Tamdiu scito sanguinis copulam, quādū ille suam noverit creatorem. Alioquin David protinus tibi canet. Audi filii & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domū patris tui; & concupisces rex decorum tuum.] Grande præmium parentis oblitio: cōcupisces rex decorum tuū.] Quia audisti, quia vidi, quia inclinasti aurem tuā, & populi tui, domusque patris tui obliter es, idcirco concupisces rex decorum tuum, & dicet tibi: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.] Hac proculdubio obliuio parentum, & abnegatio propinquorum, quam te Hieronymus monet, te amabiliorē filium Dei faciet, & cognitum Angelorum, quia confidentius & affectuosiū dices: Pater noster, qui est in celis,] dum propter patrem cœlestem, carnalem patrem in hoc, quod tuæ professioni obest, negas in terris: & Angelite, à carne, & sanguine aulsum, sibi vita propinquiore agnoscunt. Ne obliuiscaris ingens præmium huius abnegationis, quod tibi à Domino promissum est: Et omnis qui reliquerit dominum, vel fratres, aut sorores, aut parentem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.] Cetuplum accipies, & vitam æternam habebis, quod diuisus laboris etiam maximi abundantissimum præmium est, & insuper parentes reliatos non relinques, & propinquos dimislos non dimittes. Quia si eos ad horam deseris, & ad momentum huius vita derelinquis, forsitan per tuas orationes saluatoris in eternum possidebis. Tunc eorum consortio sine ullo periculo distractio- nis lœtaberis, & eos videndo, & alloquendo, non à Deo separaberis, sed ad nouas Dei laudes, & ad gratiarum actionem accederis. Omnesque sancti gratulabuntur tibi, quod odio habendo parentes, & propinquos dilexisti, & fugiendo tenuisti, & non iuando infructuosè, prudenter ad iter cœlorum attri- piendum adiuasti.

Quod religiosus nimias familiaritates vitet.

C A P V T X X V I .

A D E M vobis scribere, inquit Paulus sanctissimus Euangelij præco, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.] Idem nunc & nos dicimus, quoniam, quæ supra pro re nata breuiter scripsimus, nunc ex professo repetimus. Ita verò repetimus, vt circa prætactam materiam non eadem, sed diversa dicamus. Nec frustra repetimus, quia res maximè necessaria non sat is exposita est, nec circa eam, quæ diligentissima indiget circumspetione, satis superius putamus sufficere prædictum. Hæc autem res est mutua amicitia, ac familiaritas, quam interdum religiosi sub specie boni suscipiunt. Quæ si ad nimietatem declinet, non minus ipsi met religiosis, ac sanctæ religionis dominis pernicioſa est, quæ effert inimicitiae, ac manifestè dissidia. Nisi quod ista palam, & sine ullo fuso bonum religionis destruit. Quod in unitate est positum, nimis verò familiaritates abscedit, & fraudulenter, quia sub specie unitatis idem boni domorum religiosarum subvertunt. Omnes quidem tam religiosi quādū seculares amādi sunt, proximi enim sunt, quos charitas suo gremio cōplectitur, sed nemo immoderato, ac nimio amore diligendus. Cum omnibus, aut nostris aut alienis professionis fratribus conuersandum est, quando id aut necessitas, aut utilitas tulerit, sed nullus quantūvis sanctus ad nimia familiaritatē admittendus, nisi forte consulto velinus diuinam familiaritatē amittere, & in ingētes mentis distensiones, & in magna vita prolabi. Nec cū sancto, ac perfecto viro immoderata amicitia, ac nimia familiaritas habēda est (& nunc nihil de amicitia cum femina quantumvis sancta loquor, nā ipsa diuersitas sexuum, & ignis cum stupra coniunctio, satis periculum vñionis declarat) quia ille aut talem familiaritatē respuit, aut perfectionis proposito, quod conceperat, miserabiliter decidet. Perfectus enim amor Dei omnem alienum amorem reicit, & vera cum Deo orationis familiaritas, omnē inepitam cum hominibus familiaritatē excludit, quod si hæc quisq; complectatur, nec perfectus in eo Dei amor, nec intima orationis familiaritas est. Cum nullo, inquam, licet magnæ virtutis specimen præbeat, licet magnæ sanctitatis videatur, nimia amicitia, aut multa familiaritas habenda est, quæ bono fine incipiens, si daret semper in aliquod malū proruit, & sapientiè non quodcumq; malum, sed magna, & intolerabilia mala progignit. Hisque, qui illas inepitas amicitias sub prætextu boni, aut alicuius profectus spiritualis ineunt, omnino congruit illud Pauli. Sic stulti esisti, vt cū spiritu cœperitis, nunc carne cōsummemini. Nā quod spiritus coepit, aut (verius loquēs) cœpisse videatur, caro, id est, distractio, & ambitio, & loquacitas, & scandalum perficit, (quid timeo dicere) & interdum caro ipsa, nimirum carnalis amor, & impudica affectio consummat.

Istæ nimia familiaritates, & immoderate amicitiae (vt nunc aliqua earū detrimēta recenfē) primū cor viri spiritualis amore creaturā inficiūt, & cogitationibus inutilibus, & vanis desideriis cōtaminant. Amor enim creature alicuius, qui ordinatus non est, nec Dei causa à nobis assumptus, nō dubiū, quin cœnū, ac lutum factidū sit, quod spiritui ad Deū creato superinieclū, charitatē erga Deū si non tollit, at fidelitatē cōmaculat, dum mentē à Deo aliquātulū auocat, & in vilissimā creaturā immoderatus inclinat. Dū verò huic spiritus plus, & quo iūctus est per amorem, non potest nō inutiles cogitationes rei amatæ parere, & vanā desideria eorum, quæ illi vtilia putantur, progignere. Sicut enim malus, cui ramus pyri

Philip. 3.

Gen. 3,

Dorotheb.
doct. 21.
regul. ro-
gar. 3.

insertus est, nō mala, sed p̄yra profert: ita cor in quo plantatus est immodicus alterius hominis amor, qui audiuit: puluis es, & in puluerem reuertaris,] nō cogitationes, & desideria cœlestia, sed terrena, & luctuosa producit. Tunc autē spiritualis vir hoc amore fauciis, nisi penitus s̄ur salutis obliuiscatur, dum suam conscientiam examinat, multa inueniet, quæ amarissime defeat. Quid enim non plorat cor fui, ad Deum diligendum creatum, amore stercoris, & lutis possit? Quid non gemat mentem, ad diuina meditanda conceſſam, vanissimis alicuius hominis cogitationibus implicatam? Quid nō defeat voluntatem, antea pro amore Dei à rebus creatis avulſam, iterū desideris incepit cōmoditatum amici submisſam. Optimè p̄fectorē dixit Dorotheus. Bonum est non admodum, affici erga coetaneos, huiuscmodi enim cōſuetudo, & nimia familiaritas fletum aferat, Quare is nō est multū diligēdus, qui obest magis, quam profit. Nam vidimus, sancte viri, quare hac nīmia familiaritas fletum aferat, sed quare obest magis, quam profit. Certe idēo, vt ego existimo, quia ista nō ad ordinem redacta familiaritas, prodest carnali affectui, & veteri homini, qui huiusmodi amicitias deleqtatur, & vanis colloquiis pascitur: obest autē interiori homini, quem reformare nititur, & eum in iuxine pefectionis retardat, & à propoſito ſemper proficiendi, & in ſpiritu cōſcendi diuelli. Obest quidem, quoniam animā à debita, quam Deo habere debet, fidelitate retrahit. Nam sicut ſponsa infidelis est ſponsus, & in adulterium ſenſim vadit, quæ oculos in alium, quam in ſponsū iniiicit, & ei in corde ſuo locum tribuit, & ſimil cum ſponsō in cōſortium amoris admittit: ita anima ſponsa Christi à quo per ſtatū religiosum in castissimum eft cōnubiu admitta, dum alio, quam Christo immoderata afficitur, & in amico amore ſuum collocat, ab infidelitatē nota, & ab adulterij periculo liberari nō poteſt. Quomodo enim infidelis eft, quæ vanum hominis amore accendens, erga Christum charitatem tepeſcit: quæ in lecto ſponsi, nimis in corde alium per immoderatum amore admittit: quæ temporis ſpatia colloquiis ſponsi tribuenda, in uilibus cōuerſationib⁹ hominis occupat? Et quomodo adulterij periculo eximitur, quæ ita immoderatè hominem amat, vt propter illum peccata leuia patrare nō vereatur? Nam ex minimis venitur ad magna, & quæ ſponsa hodie leuiter ſponſum lēdit, cras maiori tētatione impugnat, non iam leuiter, ſed grauitate offendet. Quis iam non videat istas amicitias, viris ſpiritualibus eſſe abſcindēdas? Si enim membra putrefientia, & aliis tabem, & perniciem afferentia refcindimus, cur nos amicos, quæ non membris corrūptibilis corporis, ſed animæ, & pefectioni officiunt, exquo animo patiamur?

Sed eſto, aliquis hæc mala, aut aliquod illorum ex nimia cum aliquo familiaritate non ſentiat, quod certè rarum erit, & forte non ex eo quod malum nō adiuit, ſed ex eo, quod homo non cognoscit ſeipſum, ne cordis abdita eſt rimatus, proueniet: at non modicum detrimentū cōgregationi afferet, cuius membrum Deo donāte, factus eft? Nam religiosus immoderato amoris affectu erga aliquē captus, aut nimis, & indiſcretā familiaritatē alicuius addictus, eū multoties ſupra meritum laudat, & quantum potest verbiſ ac factis ſupra alios extollit: alios etiam aliquantulum, auerſatur, qui poſtūm cum illo ſuo familiarium de primatu contēdere, aut illum cōcupita dignitate priuare. Ex hoc autem, quid in congregatiōne religiosorum, niſi discordia, & rixa, & diſſensiones ſperari poſſunt: dum quisque intendit ſuum familiarem

A in potiori loco collocare, & ſupra alios effere? Quid nīti iuſtitia, & æquitatis violatio, dum dignus non amatus reicitur, & indignus amatus extollitur? Quid nīti iphiſus familiæ religioſe pernicioſe, dū volumus ab indignis, & immentis, quia eos diligimus, gubernari? P̄fectorē hæc non inuenia ſunt & cogitata, ſed ſæp̄ viſa, atque perpeſta: & vidimus aliquando, & non ſine merore animaduertimus, ſi non impium, at indignum, & ineptum, exaltatū ſuper cedros Libani & vitem, ac oleam, & ſic ſum delpeſtas, thamū verò impetitare. Id autē ne faltemus extra chorū, exitium pefectionis eft: tue quidem pefectionis o religioſe, qui immoderatas amicitias fōues, quoniam inuidias etiam, & ſimilitates, & singularitatis fōues, quæ mentis puritas, & animi tranquillitas non admittit. Et pefectionis aliorum, quia dum eis carnalem hominē, & in rebus ſpiritualibus minime exercitatum p̄ficiunt, ſpiritualēm adificationem, quā bonus P̄fatus ecp̄pit, & alius prudē domui p̄fectorē continuaret, manifeſte ſubvertit. Et quemadmodū ſi imperitissimum medicum ad curandum ægrotum accerſeres, eū periculo nāmqua recuperandæ ſalutis exponeres: ita dum iſum tuum familiarē in munere Prælationis conſtituis, animas ſubditorū, quæ eius exēplo, & doctriña, proficerē debuileſt, diſcribimini obiicis amittēda ſpirituali ſalutis. Si hæc attente & candida mente conſideres, intelliges Basilium non animo exaggerādi ſed aperiendi ſimpliciter veritatem has imprudentes familiaritatis, odiis, & cōtentioſibus: comparafe. Quoniam inquit, æquali proſuſ inter ſe vicifim charitate complecti omnes debent, iuſtitia violatur, quotiescumque in communī conuentu, priuate aliquæ coitione reperiuntur, aut ſodalitates. Qui enim vnum aliquem magis, quam cæteros diligit, is quod nō perfecte cæteros diligat, de ſeipſo indicio eft. Quocirca ſimiliter ex cōuentu reiicienda ſunt, & turpis, & indecora cōtentio, atq; amor iſte singularis. Siquidem ex contentione imi-
C niciā, ex amore autem singulari, ſodalitatis, ſu-
ſpicioſes, inuidiæ, oruntur. Vbiique enim æquali-
tatis deſraudatio, inuidia, odioque materia, ac ſeminarium exiftit iis, qui ea deſraudantur. Quare factū eft, vt p̄ceptum etiā à Domino nobis sit, vt boni-
tatem imitemur illius, qui ſolem ſuum oriri facit ſu-
per inuictos, nihilominus atque ſuper iuictos.] Quē
admodū igitur Deus promiſe omnibus lucē im-
partitur, ſic imitatores Dei, charitatis ipſoru ſadium
æqualiter communicare omnibus debent: quando-
quidem vbi deliquium patitur charitas, eo proſuſ eius loco odium ſuccedit. Quod ſi, vt Ioannes ait:
Deus charitas eft, ſine dubio necesse eft, diabolum
odium eſſe.] Deus itaque nobis in amore, ſicut & in
cæteris imitādus eft, qui non affectione capit, ſed
veritate rerū allicit, & cū meliora magis amat, &
minorā minus diligat, ab omnibus tamē tā maioribus
quā minoribus liber exiftit. Sic & nos eius imi-
tatores facti, non immoderatis affectibus ad diligē-
dos amicos rapiamur, ſed veritate meritorū ad magis aut minus amandum incitemar. Siue autem quis
maiori, aut minori amore dignus ſit, numquam eius
affectione cor noſtrum in ſeruitatem redigat, ſed liberē
diligentes, & non propter noſtra commoda, aut ob
naturalēm propensionem, ſed propter Deūm amore
quempiam complectentes, ſpiritualis viri mens li-
bera, & immodico affectu ſoluta conſiſtat. P̄cepit
Dominus Iſraēlitis, ne cum alienigenis amicitias,
inirent. Caue, inquit, numquam cum habitatoribus
terræ illius iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam:
quia nimium facile erat poſquam amici placēt, re-
ſorum placere, & ad idola, quæ illi adorabāt, decli-
nare.

Basil. ſer.
de inſtit.
monacho.
ante reg.
fus diſpu-
tata.

Matth. 5.

I. Ionn. 4.

Exod. 24.

E

D ſic imitatores Dei, charitatis ipſoru ſadium
æqualiter communicare omnibus debent: quando-
quidem vbi deliquium patitur charitas, eo proſuſ eius loco odium ſuccedit. Quod ſi, vt Ioannes ait:
Deus charitas eft, ſine dubio necesse eft, diabolum
odium eſſe.] Deus itaque nobis in amore, ſicut & in
cæteris imitādus eft, qui non affectione capit, ſed
veritate rerū allicit, & cū meliora magis amat, &
minorā minus diligat, ab omnibus tamē tā maioribus
quā minoribus liber exiftit. Sic & nos eius imi-
tatores facti, non immoderatis affectibus ad diligē-
dos amicos rapiamur, ſed veritate meritorū ad magis aut minus amandum incitemar. Siue autem quis
maiori, aut minori amore dignus ſit, numquam eius
affectione cor noſtrum in ſeruitatem redigat, ſed liberē
diligentes, & non propter noſtra commoda, aut ob
naturalēm propensionem, ſed propter Deūm amore
quempiam complectentes, ſpiritualis viri mens li-
bera, & immodico affectu ſoluta conſiſtat. P̄cepit
Dominus Iſraēlitis, ne cum alienigenis amicitias,
inirent. Caue, inquit, numquam cum habitatoribus
terræ illius iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam:
quia nimium facile erat poſquam amici placēt, re-
ſorum placere, & ad idola, quæ illi adorabāt, decli-
nare.

nare.

nare. Idem & nobis cautum est, ne immodica amicitia erga aliquem afficiamur: quia profecto quod ille voluerit, licet indecens, licet prohibitus eius gratia cupiemus, & ut ipse contra ius & fas assequatur, conabimur.

Alio etiam modo indiscretæ familiaritates toti cōgregationi nocent, quia in cordibus aliorum scādala generat, & querimonias, ac detractiones exsuscitāt. Quis namque videns duorum religiosorum frequētes sine villa necessitate colloctiones, susurrations chachinnationes, nō aliquid mali de illis suspicetur, non charitatis sinceritatem abesse imaginetur, non ad credendum aliquid esse int̄ illos minus graue, minus decens, & fortè minus honestum compellatur? Quis hanc singularitatem amicitia considerat, os suum obturet, & non cum altero loquens vitium arguat, indiscretionem notet, & de tam aperta provocitate non murmuret. Et tua indiscreta leuitas frater socios contristat, seniores meroe afficit, & totam hominum Deo seruientium congregationem conturbat. Atque dum tuam mentem per imprudētem amicitiam à Dei familiaritate separas, fratres tuos lēdis, & à temetipso eorum voluntates alienas. Quare timenda tibi est illa Saluatoris sententia, qua scandala inferentes exterret. Qui autem scandalizaverit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Melius san̄ tibi esset, tempestate iactato in profundum maris mergi, quam scandalo pusillorum fecundato à Dei amicitia deturbari. Ostendo ergo tibi, o amicorum, & familiarium amice, vñ amicum, cum quo sine vlo, aut tuo periculo, aut aliorum scandalo, intimam quam potueris familiaritatē inceas, & indisolubilem amicitiam admittas. Hic autem est Christus Iesus Deus tuus, & Saluator tuus, amicus fidelis, & verus, qui numquam te deseret: amicus vtilis, qui omnibus te bonis ditabit: amicus melle dulcior, & fauo suauior, cuius te verba in amore succendent, & ad omne bonum allicient. Huius tui creatoris amicitiam sectare, & non diebus ac noctibus ab eius conspectu, & ab ipsius colloquiis separari sustineas. Nec enim huius amici amore sedaberis, sed magis mundaberis, non inquietudine, sed tranquillitate afficeris, non congregatiōne detrimentum, aut fratribus scandalum, sed illi magnum profectum spiritualem, & his optimum exemplum imperties, si autem præter hūc alios amicos es habiturus, illi non sint dyscoli, non tepidi, nō libertate & scurilitate notati, qui te ipsum suis vitiis, & peccatis inuoluant. Nam vt dixit Gregorius, malorum, cùm incaute amicitias iungimur, culpis ligamur. Vnde Iosaphat qui tot de ante aucta vita præconii attollitur, de Achab regis amicitiis perlitus increpatur. Cui à Domino per prophetā dicitur; Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris.] Ab illo enim, qui summe rectus est, eo ipso iam discrepat, quò peruersorum amicitias vita nostra concordat. Si aliquem similem amicū habeas, qui te ad inobedientiam suis verbis, aut suo exemplo, ad libertatem, & ad alias imperfectiones instiget, prudenter eum à te segregā, & noxiā amicitiam abscinde. Hic est enim ille oculus, & manus, & pes, de quibus Dominus ait: si oculus tuus, aut manus tua, aut pes tuus scandalizat te, absconde eum, & proiice abs te.] Neque enim de oculo, aut manu, aut pede corporis loquitur, sed vt ostendat, ait Chrysostomus præstare, si quem amicum habebas, etiam charum perinde ac tuum oculum, eum quoque reiicere, & à tua præcidere familiaritate, si

Matt. 18.

Greg. imp̄ p̄forn. 3.
p. admo-
nit. 23.
2. Paralip.
19.

Matt. 18.

Chrys. bō.
1. de in-
cōp̄bili.
Dei
natura.

A modò te scandalizet, hoc est, animæ nocet. Quid enim iuuat habere oculum, cùm reliquum corpus lēdatur & pereat. Ergo si, vt proposui, detrimentosæ sunt amicitiae, resiliamus, & fugiamus, at si nullamnoxam, nullam iniuriam, nobis ad religionem, pietatisque rationem inferant, inuitemus, ducamus amicos ad meliora. Verū si neque prodeſſe amico possis, & detrimentum ex eo haurias, consulere tib debes, vt tutus securēque maneas. Fugiendæ sunt enim amicitiae si offendant.] Itaque erue oculum, amputa manum, absconde pedem, id est, separa à te amicos, qui te libertatem docens, inobedientiam, aut leuitatem monstrant, & ad aliquā imperfectionē inducent. Hoc namque saluberrimum est, cùm habetas in religiosa familia pulchros oculos, tornatiles manus, & pedes speciosos, nimirum viros sanctos, atque perfectos, quos tibi possis adiungere, & eorum præsidii adiuuati.

B Habe igitur amicum præcipuum Christū, & habe amicos homines, (etenim & hoc permitto,) sed illos, qui sint Christi amici, sponsi, fidales, qui te verbo virtutem doceant, exemplo ad perfectionem moueant, & ad omnem sanctitatem impellant. Iſtos verò eti bonos, eti sanctos, eti perfectos nequaquam intra cor tuum admittas, quod vacuum omni re creata, & mundū ab omni immoderato affectu, solidi Christo seruandum est. Iſpe solus cor tuum inhabitet, intima viscerum tuorum impletat, in abditissimo tui spiritus commoretur, aliis verò amicis iuxta cor scilicet, prop̄ habitaculum sponsi locum aptū, congruumque concede. At dicas, quid est non in corde, sed iuxta cor amicos & familiares habere? Id quidem, vt nulla ratione eorum amor te occupet, nec a dilectissimo sponso separat, nec alicuius affectus immoderati nexu deuiniciat. Id quidem, vt illos moderatē ames, Dei solius causa diligas, ab eorum presentia non pendas, & conuersationem eorum non ad aliud, nisi vt te res spirituales doceant, & tuam mentem in Deū efforant, queras. Id tandem vt nulla singularitate, eorum causa noteris, nec eos aut verbis, aut factis, aut alio quoquis modo melioribus anteponas. At his dices. Numquid in omnibus imitandus non est, Dominus noster Iesus Christus, & vita nostra, ac conuersatione sequendus? Sed ipse inter discipulos suos Ioannem ob virginitatis priuilegium amantisimum habuit, & præ omnibus eum tenuerūs dilexit. Hoc quidem veram est, & ob id vocatus est Ioannes discipulus, quem diligebat Iesus.] Et bene, ac laudabiliter hoc factum Domini poteris imitari. At tecum ipse cogita, in quo ista imitatio sita est, & videbis eam nullo modo dictis nostris de nimia familiaritate cum hominibus cauenda aduersari. Nam vt Christum in hoc imiteris, poteris san̄ meliores magis amare, perfectiores imperfectioribus præferre, & maioribus donis præditos, communioribus hominibus anteponere. Hoc enim ordo charitatis poscit, æquitas petit, iustitia exigit. Quam si omnes ad anūsim custodiret, & meliores, ac digniores vehementius suspicerent, amplius honorarent, & locum ambitioni, & præstationibus non præberet, melius regeretur Ecclesia Dei, & quælibet religiosa familia pulchriore colore fulgeret. At numquā Saluator noster docuit vanas amicitias colere, cum adolescentulo, aut nobili, aut otioso, & vaniloquo intempestiuē conuersari: istum diligere, istum effere, istum melioribus præponere, & cum solum reliquis contemptis sanctum, sapientem, & ad omnia, quæ honoris nomine occurruunt, aptum prædicare, & idoneum habere. Erubescet, o vir Dei ista stultitiam tuam, cuius causa isti te vident, & illi te

102. 21.

C E

Ephes. 5:

Bonaue.
in speculo.
discipul. 2.
p. principale. 6.

Eccl. 6.

Matt. 18.

Eccl. 18.

spernunt, & omnium fratrum tuorum indignationem incurris. Affectum istum inordinatum relinque, qui te vincit, ac ligatum tenet, ne in spiritu proficias, & in Deum amore descendas. Amorem depone creaturæ, qui te inficit, fratres turbat, congregationi obest, & Deum, cui soli cor tuum mundum, & imperturbatum custodire debes, plus quam tu cogitas, offendit. Sepi non dico iam aures tuas, sed cor tuum spinis, ut creature amor non valeat ad te intrare, immo nec audeat accedere; quia iste amor inordinatus, sensum, & cogitationem, & affectum sibi vendicat, & curam placendi Deo in sollicitudinem placendi amico cōmūrat. Omnes affectu charitatis dilige, vniuersis te mitem, & benignum exhibe, & nemo sit, quem tuus amor à munere benignitatis excludat. Ambulate in dilectione, ait Paulus, sicut & Christus dilexit nos.] Christum itaque in dilectione imitare: & sicut ipsi omnes dilexit, & omnes spiritualiter dilexit, & sine villa levitatis nota dilexit, sic talis sit dilectio tua, quam singularitas nō dānet, sed spiritus approbet, & grauitas sancta commendet. Si verò omnino iudicas aliquem tibi familiarem esse eligendum, audi ex Bonauentura, quem prudenter debeat eligere. Si familiarem, inquit, admittis, sit, quem artas, mores, discretio, & honestas insignit, & commendat. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. Est modesta quadam, in sancta familiaritate severitas, est & iustitia rectitudo, vt nullatenus virtutem soucatur, nec pro amico proximus offendatur, noli, ait sapiens, pro amico inimicus, fieri proximo.] Quia familiaritas ab hoc Patre descripta, si hos limites non transfligerit, nec in nimias collocationes deflexeris, nec quo ad res externas familiarem immerit alteri digniori prætuleris, nec Deo erit ingrata, nec fratribus inuisa, nec viro spirituali eam moderatè admittenti pernicioſa.

*Quod religiosus superfluos discursus, &
visitationes fugiat.*

CAPUT XXVII.



M N I A vita spiritualis documenta talis conditionis sunt, vt benè cognita ingentem utilitatem afferant, male vero intellecta spiritualiē adificationem evulant. Quod vel in uno Salvatoris verbo, quod suprà tetigimus, facile quisque percipiet. Dixit enim ille. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscede eum, & proprie ab te.] Si hoc bene intelligas, magnam ex utilitatem percipies, quoniam propinquos, aut amicos te ad peccatum instigantes deferes, & à tuo confortio reicias: si autem male interpretaris, & velis aut eruere tibi corporis oculos, aut præcidere manus aut pedes, quoniam illis aliquid minus decens perpetrasti, in magnum atque indiscretam errorem incides. Consulta sanè ab hac animaduersione locum istum incipio, vt illud cōsilium sapientis obseruem. Ante languorem adhibe medicinam.] Quoniam ego non solitariis religiosis, sed mixtis, & in utilitatem animarū incumbentibus scribo, à quibus cupio istud præsens documentū de vitandis superuacuis visitationibus, ac discursibus probè intelligi, & ea prudētia, qua decet, obseruari. Quod quidem meo iudicio illis est magis, quam solitarii necessarium: nam istos ipsorum sanctissima institutio, & claustrī obligatio ab omni discursu, & instabilitate ariet: istos verò non tam vitæ genus, quod sēp-

A ad exitus ē cella, & domo, & ad visitationes astringit, quām desiderium proficiendi sciungit. Ante languorem itaque præparo medicinam, & illos, ne me putēt ipsi velle persuadere vitam solitariam, quam nō profitentur, sed vitam perfectam, & spiritualē exoro. Cū enim hi vix Apostolicē sunt lectors, quis nūl emota mētis velit illos cellis occludere, & à necessariis discursibus prohibere? De illo quidem, quem dedit nobis Pater in omnis perfectionis magistrum, hæc legimus: Et circubat Iesu omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangeliū regni, & curans omnem lauagorem, & omnem infirmitatem.] Ipse etiā domos publicanorum & Phariseorum adibat, & sine villa trepidatione, cū opus erat, aliorum hominum habitacula frequenbat, vt se Apostolicis viris exemplum sanctæ cōfidentia, & discretæ libertatis offerret. A postolis quoque iam sancto Spiritu confirmatis nō dixit, delitescite in antris, & speluncis fugite consortia hominum, & abscondite vos in cavernis terræ. Sed quid dixit: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangeliū omni creaturæ. Ac Paulus: Ministri Christi sumus, vt minus sapientē dico plus ego.] Et statim sic suum ministerium commendat in itineribus sēpē, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus; quo itinera Dei, & animarum gratia suscepta, non vituperat, sed maximē laudat. Quare magnus Basilius, vt necessarios discursus & visitationes viles non esse à vita religiosa alienas doceat, postquam ad quietem hortatus est, hæc statim subinfert: Neque verò tamen propterea perpetuū est, tamquā in custodia permanendum: sed quandcumque & res posuit, & conscientia nō reprehendit libere est, fidenterq; prodendum, & de fratribus probatissimi quique & propter insignem vita sanctitatem maximē viles inuisi, & ex fructuoso illorum congesu, virtutum exempla capienda: ita tamen (vt quemadmodum diximus) in prodeundo modus teneatur, & prava omnis suspicio evitetur. Siquidem est sapienter, cū exortum in animo tādium fusepta peregrinatio discutit, & spatio ad colligendas denū vires, ac se se erigendum refocillandumve dato, alacriorem ad capellēda de integro pietatis certamina facit. Quod si quis apud seipsum gloriatur, quod pedē omnino ē sella non effeat, enīmērē intelligere is debet, inani fe admodum re inflari. Neque enim non prodire ipsum, sua sponte laudandum est, aut aliquando prodire homines solēt, aut bonos facere, aut malos, sed vel quod ad res honestas firmum, ac stabile animi iudicium est, vel contra leuitas, & inconstitā, hominem bonum reddit, vel malum. Si verò quis propositā sibi felicem in animo honestatē firme cōstabilierit, & diuturna exercitatione temperādarum animi sui motionum probè iam rationem dīdicet, isque edomitis corporis sui libidinibus, & animi ratione alienis motibus refranatis, quod præterea rationis frāno confidat, ob eam causā ē monasterio prædilecta, frequentiū velit, vt fratres rediscet, visitetq; qui huiusmodi est, eum ratio ad prodeundum potius impellet, quām reuocabit, quo videlicet polita super candelabro lucerna, cū cōfētē præclaræ doctrina lūcē largē lumē impertiat, modo verē confidat, in quoquinque incidet, illis se & doctrinā, & exemplo virtutū veluti scolam futurum & si seipsum diligēter antē munuerit, vt quod est apud Apostolum, ne forte cū aliis prædicauero, ipse reprobū efficiat.] Haec tonus Basilius. Ex cuius verbis satis colligitur religiosis viiles discursus, ac visitationes non esse interdictas, sed eas dumtaxat, quas aut

Matt. 9.

Mar. v. 1.
2. Cor. 11.Basil. I. in
conf. mo-
nasti. c. 8

1. Cor. 3.

animi